

Examen VWO

Latijn

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

19 **98**

Tijdvak 2
Dinsdag 23 juni
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1

76 Sanctius his animal mentisque capacius altae
77 deerat adhuc et quod dominari in cetera posset:
78 natus homo est, sive hunc divino semine fecit
79 ille opifex rerum, mundi melioris origo,
80 sive recens tellus seductaque nuper ab alto
81 aethere cognati retinebat semina caeli;
82 quam satus Iapeto mixtam pluvialibus undis
83 finxit in effigiem moderantum cuncta deorum,
84 pronaque cum spectent animalia cetera terram,
85 os homini sublime dedit caelumque videre
86 iussit et erectos ad sidera tollere vultus.
87 sic, modo quae fuerat rudis et sine imagine, tellus
88 induit ignotas hominum conversa figuras.

Ovidius, Metamorfosen 1, 76-88

Tekst 2

165 Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba,
166 vestibus intexto Phrygiis spectabilis auro
167 et, quantum ira sinit, formosa movensque decoro
168 cum capite inmissos umerum per utrumque capillos
169 constitit; utque oculos circumtulit alta superbos,
170 „quis furor, auditos” inquit „praeponere visis
171 caelestes? aut cur colitur Latona per aras,
172 numen adhuc sine ture meum est? mihi Tantalus auctor,
173 cui licuit soli superiorum tangere mensas;
174 Pleiadum soror est genetrix mea; maximus Atlas
175 est avus, aetherium qui fert cervicibus axem;
176 Iuppiter alter avus: socero quoque gloriol illo.
177 me gentes metuunt Phrygiae, me regia Cadmi
178 sub domina est, fidibusque mei commissa mariti
179 moenia cum populis a meque viroque reguntur.
180 in quamcumque domus adverti lumina partem,
181 immensae spectantur opes. accedit eodem
182 digna dea facies; huc natas adice septem
183 et totidem iuvenes et mox generosque nurusque.
184 quaerite nunc, habeat quam nostra superbia causam,
185 nescio quoque audete satam Titanida Coeo
186 Latonam praeferre mihi, cui maxima quondam
187 exiguam sedem pariturae terra negavit!
188 nec caelo nec humo nec aquis dea vestra recepta est:
189 exul erat mundi, donec miserata vagantem
190 „hospita tu terris erras, ego” dixit „in undis”
191 instabilemque locum Delos dedit. illa duorum
192 facta parens: uteri pars haec est septima nostri.
193 sum felix – quis enim neget hoc? – felixque manebo
194 – hoc quoque quis dubitet? –: tutam me copia fecit.
195 maior sum, quam cui possit Fortuna nocere,
196 multaue ut eripiat, multo mihi plura relinquet.
197 excessere metum mea iam bona: fingite demi
198 huic aliquid populo natorum posse meorum,
199 non tamen ad numerum redigar spoliata duorum,

200 Latonae turbam: qua quantum distat ab orba?
201 ite satis propere sacris laurumque capillis
202 ponite.” deponunt et sacra infecta relinquunt
203 quodque licet, tacito venerantur murmure numen.
204 indignata dea est summoque in vertice Cynthi
205 talibus est dictis gemina cum prole locuta:
206 „en ego, vestra parens, vobis animosa creatis,
207 et nisi Iunoni nulli cessura dearum,
208 an dea sim, dubitor perque omnia saecula cultis
209 arceor, o nati, nisi vos succurritis, aris.
210 nec dolor hic solus: diro convicia facto
211 Tantalus adiecit vosque est postponere natis
212 ausa suis et me, quod in ipsam reccidat, orbam
213 dixit et exhibuit linguam scelerata paternam.”
214 adiectura preces erat his Latona relatis,
215 „desine!” Phoebus ait, „poenae mora longa querella est.”
216 dixit idem Phoebe, celerique per aëra lapsu
217 contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.

—
—
—
Ovidius, Metamorfosen 6, 165-217

Tekst 3

833 Has ubi verborum poenas mentisque profanae
834 cepit Atlantiades, dictas a Pallade terras
835 linquit et ingreditur iactatis aethera pennis.
836 sevocat hunc genitor nec causam fassus amoris
837 „fide minister” ait „iussorum, nate, meorum,
838 pelle moram solitoque celer delabere cursu,
839 quaeque tuam matrem tellus a parte sinistra
840 suspicit (indigenae Sidonida nomine dicunt),
841 hanc pete, quodque procul montano gramine pasci
842 armentum regale vides, ad litora verte.”
843 dixit, et expulsi iamdudum monte iuveni
844 litora iussa petunt, ubi magni filia regis
845 ludere virginibus Tyrii comitata solebat.
846 non bene conveniunt nec in una sede morantur
847 maiestas et amor: scepri gravitate relicta
848 ille pater rectorque deum, cui dextra trisulcis
849 ignibus armata est, qui nutu concutit orbem,
850 induitur faciem tauri mixtusque iuvenis
851 mugit et in teneris formosus obambulat herbis.
852 quippe color nivis est, quam nec vestigia duri
853 calcavere pedis nec solvit aquaticus auster;
854 colla toris exstant, armis palearia pendent,
855 cornua parva quidem, sed quae contendere possis
856 facta manu, puraque magis perlucida gemma;
857 nullae in fronte minae nec formidabile lumen:
858 pacem vultus habet. miratur Agenore nata,
859 quod tam formosus, quod proelia nulla minetur,
860 sed quamvis mitem metuit contingere primo:
861 mox adit et flores ad candida porrigit ora.
862 gaudet amans et, dum veniat sperata voluptas,
863 oscula dat manibus; vix iam, vix cetera differt
864 et nunc adludit viridique exsultat in herba,
865 nunc latus in fulvis niveum deponit harenis

866 paulatimque metu dempto modo pectora praebet
867 virginea plaudenda manu, modo cornua sertis
868 inpedienda novis. ausa est quoque regia virgo
869 nescia, quem premeret, tergo considerare tauri,
870 cum deus a terra siccoque a litore sensim
871 falsa pedum primo vestigia ponit in undis,
872 inde abit ulterius mediique per aequora ponti
873 fert praedam. pavet haec litusque ablata relictum
874 respicit et dextra cornum tenet, altera dorso
875 inposita est; tremulae sinuantur flamine vestes.

Ovidius, *Metamorfosen* 2, 833-875

Tekst 4

Het onderstaande gedicht is een van de Griekse Sonnetten van Simon Vestdijk.

Europa en de stier

1 Ofschoon zij moe waren van al die kransen
2 Te vlechten in elkanders donk're lokken,
3 Bleven twaalf oogen van bereidheid glanzen
4 Tot nieuwe bloemen die hun aandacht trokken.
5 Zij waren niet van deze plek te lokken,
6 Zij bleven tot de scheem'ring zich verschansen,
7 Te maagd'lijk trotsch om reeds te zijn betrokken
8 In ijd'ler spelen en in huw'lijkskansen.
9 En tot de avond viel was de prinses
10 In niets van de and're vijf te onderscheiden:
11 Zij zong en vlocht en wilde niet terug.
12 Toen zagen zij het bruine stiertje weiden,
13 Met list'ge oogen en een breede rug, –
14 En geen van hen bloosde, geen van de zes.

Tekst 5

In een gedicht van J. J. van Geuns komt de volgende strofe voor:

1 Nu hoor ik alle dagen door het klagen
2 Der vrouwen dwalend in verwildering
3 En 's nachts als ik de lier heb aangeslagen,
4 De levenden vergeet en eenzaam zing,
5 Dringen ze in wilde schoonheid op mij aan –
6 Maar kunnen het verlangen niet verjagen
7 Naar wie de weg der doden is gegaan.
8 En nu, nu zij het onherroepelijk weten:
9 „Eén heeft hij lief” haten zij mij om haar.

Tekst 6

In zijn roman *De laatste wereld* heeft de Oostenrijkse schrijver Chr. Ransmayr op originele wijze de stof van Ovidius' *Metamorfosen* verwerkt.

1 In de lange jaren van stilte en afzondering begon hij in zichzelf te praten en ten slotte
2 sprak hij wartaal wanneer hij in de ijzeren stad kwam, hield voor het slachthuis toespraken
3 over het schandelijke vleeseten [.....]. Hij werd al lang als krankzinnig beschouwd toen
4 op een bleekblauwe dag vroeg in de zomer de Trivia de haven van de ijzeren stad
5 binnenliep en onder het gapen van het havenpubliek een balling van boord ging:
6 geëscorteerd door twee bewakers van de grensmilitie liep Naso destijds van de valreep,
7 ondertekende in het kantoor van de havenmeester een bundel formulieren met
8 doorslagen en zat nog altijd zwijgend tussen zijn bagage aan de strekdam toen de schoener
9 een paar uur later weer afmeerde en bij gunstige wind snel uit het zicht verdween.

Afbeelding



Tekst 7

Verslagen door verdriet heeft Cadmus de wens uitgesproken in een slang te veranderen. Deze wens gaat in vervulling. Cadmus neemt afscheid van zijn vrouw en zegt:

583 „Kom bij me, lieve vrouw! Jij, arme vrouw, kom bij me!
584 Hier, raak me aan, zolang iets van mij over is, en neem
585 mijn hand die nu nog hand is, zolang ik nog niet helemaal een slang ben!”
586 Ille quidem vult plura loqui, sed lingua repente
587 in partes est fissa duas; nec verba loquenti
588 sufficiunt, quotiensque aliquos parat edere questus,
589 sibilat; hanc illi vocem natura reliquit.
590 Nuda manu feriens exclamat pectora coniunx:
591 „Cadme, mane, teque, infelix, his exue monstros!
592 Cadme, quid hoc? Ubi pes? Ubi sunt umerique manusque
593 et color et facies et, dum loquor, omnia? Cur non
594 me quoque, caelestes, in eandem vertitis anguem?”
595 Dixerat; ille suae lambebat coniugis ora
596 inque sinus caros, veluti cognosceret, ibat
597 et dabat amplexus assuetaque colla petebat.
598 Quisquis adest – aderant comites – terretur; at illa
599 lubrica permulcet cristati colla draconis,
600 et subito duo sunt iunctoque volumine serpunt,
601 donec in appositi nemoris subiere latebras.

Ovidius, Metamorfosen 4, 583-601

regel 586	quidem weliswaar
regel 588	sufficere + <i>dativus</i> ter beschikking staan
regel 589	sibilare sissen
regel 590	feriens pectora <i>Het slaan op de borst is een vorm van rouwbeklag.</i>
regel 591	monstra monsterlijk uiterlijk
regel 596	inque sinus ibat en hij vlijde zich aan haar borst
regel 599	lubricus glibberig
	permulcere strelen
	cristatus van een kam voorzien
regel 600	iuncto volumine gezamenlijk voortkronkelend
regel 601	appositus nabijgelegen

Einde